www.e-rara.ch

# Pandectarum sive partitionum universalium Conradi Gesneri Tigurini, medici & philosophiae professoris, libri XXI

Gessner, Conrad

Tiguri, anno 1548

**Zentralbibliothek Zürich**

Shelf Mark: 5.13,2

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-1936

Partitionum universalium liber VII. De musica.

**www.e-rara.ch**
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

# PARTITIONVM VNIVERSALIVM LIBER VII. DE MVSICA.

## EXIMIO TYPOGRAPHO BASILIENSI HENRICO PETRO, DE BONIS STVDIIS OPTIME merito, domino & amico ſuo chariſſimo, Conradus Geſnerus S. D. P.

CVM fama ſuperioribus annis, quo tempore primum Bibliothecæ Tomum conſcribebam, incerta ad nos ueniſſet de clariſſimi & doctiſſimi uiri Henrici Glareani poetæ laureati Muſica, non recte dubius mecum eram, ſuó ne Marte & per ſe hoc argumentũ tractaſſet, an commentarijs ueterum aliquem illuſtraſſet: utrũq; enim à Glareano, ſi à quoquã alio, feliciſſime poſſe præſtari non ignorabam: nunc uero uolumine illo pulcherrimo in lucem ex Officina tua ædito, non ipſius modo Marte conſcriptum, ſed hac in ſcientia perfectiſſimum & longe doctiſſimum eſſe intelligo. Quanquam enim ego ipſe his de rebus iudicij nihil habeam, eruditorũ tamen ſententias, quas quidem ſæpe conſulo, facile & libenter ſequor. Propter hoc igitur opus, quo cum ex fœcundiſſima Officina tua perpulchre nato, tota fermè ueterum Latinorum & Græcorum Muſica renata uidetur, & propter Seuerini Boëtij de Muſica libros quinq;, quos cum omnibus eiuſdem ſcriptis euulgaſti, non inepte futurũ exiſtimaui ut liber hic de Muſica, ſeptimus Partitionum noſtrarũ, in tuo nomine appareret. Quod autem ſimpliciter & ſine arte hoc facio, tu ipſe mihi in cauſa es. Tanta enim tua in me humanitas eſt, & multis iam annis fuit, tot tantaq; beneficia tua, ut his pignoribus de familiari prorſus & candidiſſima inter nos amicitia nihil diffiſus, ἄνευ παθῶν καὶ προοιμίων animum tibi meum, qualis qualis eſt, audacter exponã. Hoc interim non tacendũ mihi eſt, quod licet uel Medica uel Theologica uel alia quæuis merito tibi tuo nuncupaſſem, cum in omni propè ſcientiarum genere, Latine, Græce, Hebraice & Germanice, tu & felicis memoriæ pater tuus, multa præclara uolumina excuderitis, non alium tamen præter te cui præſentem hunc libellum æquius inſcriberem, reperiſſe. Proinde quicquid hoc eſt munuſculi, tu tanto humanior liberaliorq; (nam & in paruis donis non aſpernandis liberalitas quædã ſita eſt) quanto libellus ipſe tenuior, hilari quæſo fronte ſuſcipere & aliqua Bibliothecæ noſtræ pars eſſe digneris. Locus hic poſtulabat cæteros quoq; omnes uel plurimos & ſaluberrimos libros, qui ex uberrimo Officinæ tuæ fonte manarunt, nominatim referri, utpote in omnem poſteritatem memorari digniſſimos: ſed neq; catalogus eorum ad manum mihi nunc eſt, neq; moram ullam librariorũ opera patitur. Dicam tamen ex innumeris pauca, quæ ex tempore mihi occurrunt: In re medica abs te habemus, Alexandrum Trallianum, Conſtantini Afri opera omnia, Io. Serapionem (quem Ianum Damaſcenũ Albanus Torinus inſcripſit) Symphoriani Campegij practicam, ut uocant (cuius etiam de omnibus ferè artibus liberalibus & philoſophiæ partib. librum ædidiſti) Marcum Gatinariam, Clementinum, Alexandri Benedicti opera omnia medicis certe neceſſaria, Theophilum de urinis, Philaretum de pulſibus, Io. Dantzij dialogos 4. & tabulas de facultatibus ſimplicium medicamentorum: & alias in Meſuen: & alia non pauca medica quæ iam non memini. Item C. Sollij Sidonij Apollinaris opera, Aurelium Prudentium, T. Lucretiũ, Silium Italicum, Statium, Catullum, Tibullum, Propertium, &c. Multos Petri Artopœi, multas deniq; doctiſſimi uiri Sebaſtiani Munſteri, uitrici tui lucubrationes, quarum poſtrema Chronicorum uel Geographiæ titulo maximo paſſim applauſu excepta eſt. Generi quoq; tui Hieronymi Curionis opera aliqua, quæ ipſe aut parens eius & uitricus excuderunt, hic enumerarem, niſi peculiarem ei de Aſtronomia librum deſtinaſſem. Faxit Chriſtus, à quo uno ſumma felicitatis noſtrę pendet, ut feliciter optimis ſtudijs inſeruire, & noua ſubinde quæ ad gloriam Dei & fructum ſtudioſorum pertineant uolumina publicare pergas. Vale, Tiguri, tertio Calendas Februarij, anno 1548.

## TITVLI LIBRI VII. DE MVSICA.

TITVLVS I. *De Muſica in genere.*

II. *De pertinentibus ad uocem & ſymphoniam.*

III. *Qui de Muſica arte ſeu methodo tractationes integras aut introductiones, theorice aut practice, ſcripſerint, Græci primum, deinde Latini ueteres & recentiores.*

IIII. *De cantionibus eccleſiaſticis.*

V. *De cantionibus, profanis præcipue, Latinis, Italicis, Gallicis.*

VI. *De Muſicis authoribus priſcis & nouis.*

VII. *De Muſicis inſtrumentis, & ijs qui eorum uſu claruerunt.*

APPENDIX *cantionum aliquot in diuerſis linguis æditarum, quarum nonnullæ etiam ad inſtrumenta idoneæ ſunt: omnes autem ad quartum & quintum Titulum referri poſſunt.*

## LIBRI VII. DE MVSICA IN GENERE, TITVLVS I.

MVSICAE laus & ueterum Muſicorum enumeratio, in præfatione Iacobi Fabri ſuper Elementa ſua Muſicalia: item ſcriptorum Muſicorum enumeratio in poſteriori præfatione: ubi ex recentioribus numerantur, Albinus, Gelaſius, Ambroſius, Baſilius, Hilarius, Auguſtinus, Boëtius.

Laudes muſices Phil. Beroaldi.

Præfatio in Muſicam Philip. Melanchthonis.

De origine Muſicæ Io. Tinctoris.

Quis primus Muſicā repererit, & quantum ea ualeret ad tolerandos humanæ uitæ labores, Polydor. 1. 14.

De Muſica eiusq́ laudibus, Fr. Vuyler monachus.

De Muſica Plutarchus Græce: & Latine Carolo Valgulio interprete cum eiuſdem annotationibus.

De Muſicorū optimo genere, Iodocus Beyſſelius.

De Muſica & inſtrumentis, Berno abbas Augieñ. & Io. Carnotenſis 1.

De Muſica, Marſilius 1. 91. Doletus Tomo 2. Sophilogium 1. 2. 8.

Aelianus uariæ hiſtoriæ Græcę folio 69. Bruſonius 4. 17.

Muſici, Bruſonius 4. 17.

Muſica triplex, Cælius 9. 6.

Muſices laus cur data hominibus. Rurſum, à quibus ſtudium eius ſit deriſum. Cleon cantor. Athias Scytha. Apollo Muſicæ rex, Cælius 9. 1.

De Muſicali delectatione, Hieron. Pad. 4. 4. 2.

Muſicæ ſtudium eſſe omnibus inſitum. Eius initia uideri tria, gigni tamen præcipue amoris potentia, Cælius 9. 2.

Non eſt harmonice compoſitus, qui harmonia non delectatur, Marſilius 6. 37.

Muſica contempta, Coruinus apoph.

De muſicæ commercio cum re militari, Valturius 2. 4.

Cantandi ſtudiū apud uetuſtiores Romanos inter turpia nominatum non fuiſſe, Macrob. Sat. 3. 14.

Arcadū ſtudia in Muſicis, Cælius 9. 8.

Muſica Paſtorum, Theocritus epigrammate 5.

Cani remigibus ſolitum, Cælius 9. 10.

Intus canere ac foris quid, Ibidem.

Quomodo Linum peremerit Hercules à quo Muſica imbuebatur, Cælius 19. 24.

De Muſicali harmonia, eiusq́ uiribus ac potentia, Agrippa 2. 24. 25. 26.

Quæ Muſica probis admittenda moribus: item quæ inſtrumenta cenſeri improba debeāt, magadis, &c. tibiæ, pactides, barbitos, Pſalterium, naula, nabla, nabliſtæ, panduriſtæ, crembalum, ſambyce, Cælius 9. 4.

Quod oporteat in primis uoluptates uitioſæ Muſicæ uitare, & qua ratione, Plutarchus Sympoſ. 7. 5.

### TITVLVS II. DE PERTI*nentibus ad uocem & ſymphoniam.*

DE uocis moderatione, Seneca lib. 2. epiſtola 15.

Vocis figura triplex, dicrotos: Vocem quandam dici dendryazuſan: Vocis abſciſſio quid, Cælius 9. 5.

Vox canora, Bruſonius 7. 9.

Qui numeri apti ſint conſonantijs Muſicis, hycca quid, & melos: item qui harmonici, & qui canonici, ac canonium: concentuum ſpecies aliquot, Cælius 5. 11.

Antiphona quid, Cælius 19. 15.

Calomouoas qui dicatur, ibidem.

Qui numeri apti ſint conſonantijs Muſicis, quotq́ cōſonantię ſint, Macrob. in Som. 2. 1.

Quæ cauſa ſit conſonantiæ: & quare cū ſimul tangantur chordæ concordantes, grauior is ædatur cantus uel ſonus, Plutarch. Symp. 9. 9.

Quo differant ἐμμελῆ, id eſt, cōcinna interualla à conſonantibus, Plutarch. Symp. 9. 8.

De idearum Muſicarū ſpeciebus ithyphallo,

phallo, phallophoro, artocabalo, Leonic. 3. 68.

De Dorio, Phrygio, Lydio, Ionico. Quę quis in ratione Muſicæ excogitârit primus, Cælius 9. 3.

Nomos in Muſica quid. Nomorum ſpecies, Cælius 9. 8.

De polycephalo nomo, Cælius ibidem, & 9. 3.

De orthionomo pluſcula: Caſtoriũ melos: Carnij moduli: pæanes in bello duo, Cælius 9. 8. De hippothoro nomo, 9. 2.

Harmodij melos in conuiuijs: Cantilenarum genera, Cælius 27. 26.

Cur in ternarium diuiſa ſint carmina, μέλη, Plutarch. Symp. 9. 7.

Quæ hymnorum ſint traditæ ſpecies: hyporchema, proſodia, Cælius 7. 5.

De hymnis plura in poëticis dicta ſunt. Vbi & alia non pauca Muſicis communia reperies: primo maxime & ſecundo Titulo ni fallor.

De concentibus problemata Ariſtotelis, ſectione 51.

TITVLVS III. QVI DE MV*ſica arte ſeu methodo tractationes integras, aut introductiones, theorice, aut practice, ſcripſerint, Græci primum, deinde Latini ueteres, & recentiores.*

MVſicæ diſciplinæ aut diatribarum libri 22. Dionyſij Halicar.

Eiuſdem rythmicorum commentariorum libri 24.

Eiuſdem Muſicæ hiſtoriæ libri 36.

Harmonicorum libri 3. Manuelis.

Muſicæ elementa Euclidis.

Cl. Ptolemæi Muſica cum expoſitione Porphyrij.

Alypij iſagoge Muſica, aliâs Muſica theorica.

De Muſica libri 3. Ariſtidis Quintiliani.

Briennius de Muſica Græce ſcripſit: itẽ Theodorus Sophianus.

Muſicæ libri 3. Græci anonymi, in Bibliotheca quadam Italiæ. Vide an Ariſtidis aut Manuelis ſint.

¶ De Muſica libri quinq; Boëtij: in eoſdem compendium Matthiæ Mynnecomij, et Fr. Maurolyci: niſi forte eiuſdem authoris ſit. Multa enim aliorũ ſcripta æditurum ſe Maurolycus pollicetur.

Collectaneum ex Cẽſorino de Muſica.

De ſymphonijs Muſicæ Macrobius.

De Muſica libri 6. Aur. Auguſtini, operum eius Tomo 1. Vide in prima parte Bibliothecæ 112. b. Eiuſdem de Muſica libellus.

¶ *Recentiores qui Muſicam theoricam & practicam ſcripſerunt, ordine alphabetico enumerati.*

De harmonia Alani Varenij dialogus: & alius de harmoniæ elementis.

De arte cantandi libri 4. Andreę Ornithoparchi.

De numerorum & ſonorum proportionibus, Aquinus Suedus.

Auguſtini Dathi muſica diſciplina.

Aureliani Remenſis Tonarius regularis.

Balthaſaris Praſpergij Merſpurgenſis Muſica cũ regulis, exẽplis, et figuris.

Berno Augienſis de Muſica & Tonis.

Bernardi Legenitij cantus utriuſq; rudimenta.

De Muſica et tonis Con. Hirſaugienſis.

Conradi de Muri Muſica.

Caroli Bouilli Muſicæ figuratæ rudimenta habentur cũ Appendice Margaritæ philoſophicæ.

Con. de Zabernia de modo bene cantandi.

Franciſci Gafori de Muſica practica & theorica & inſtrumentali. Opera tria impreſſa Mediolani, ex quibus plæriq; cæteri multa tranſtulerunt in ſua.

Franchini Muſica harmonia.

Georgij Rhau Muſica impreſſa Vitebergæ.

Georgij Vallæ de Muſica libri 5.

Guidonis monachi Aretini Muſica.

Fran. Maurolycus Muſicæ ſpeculatiuæ & practicæ compendium ex Guidone & alijs promiſit.

Guilhelmus Hirſaugiẽſis de Muſica & tonis.

Helperici Muſica.

Henrici Glareani in Muſicam iſagoge.

Henrici Glareani Muſica integra, locupletiſſime et doctiſſime ſcripta, nuſ

per ædita Baſileę ex officina Henrici Petri.

Henrici de Kalhar de muſica Cantuagium.

Hermanni Contracti Muſica.

Hugbaldi Eluonenſis ars Muſica.

Hugolini Vrbeuetani Muſica.

Iacobus Labinius & Iacobus Turbelinus, aliquid ni fallor in Muſica ſcriptum reliquerunt.

Iacobi Fabri Stapulenſis elementa Muſica.

Eiuſdem Muſicæ libri 4. ni fallor.

Io. Agricolæ Muſica, impreſſa.

Muſica Ioannis poſtea 22. pontificis.

Ioan. Froſchij Muſica.

Ioannis Friſij in artem Muſices introductio.

Io. Tinctoris de tonis in Muſica.

Idem de arte Contrapuncti.

Muſicæ rudimenta Ioan. Turinomari.

Ioan. Vuendeſtein Muſica actiua.

Lampadius Luneburgēſis ſcripſit compendium Muſicæ figuratæ & planæ.

Ludouici Foliani Muſica theorica.

Matthæi Herbeni de natura uocis ac ratione Muſicæ libri 5. Neſcio an idem ſit liber Diaſynthetice eiuſdem authoris.

Ludouici Foliani Muſica theorica.

Michaëlis Keinſpeck Lilium Muſicæ.

Matthæi Greiteri Muſica, aliàs Elementale Muſicum.

Nicolai Liſthenij Muſicæ rudimenta.

Nothgeri Sangallenſis Muſica & Symphonia.

Osberti monachi Muſica.

Othonis cuiuſdam Muſica.

Ottomari Luſcinij Muſica.

Recanetus de Muſica.

Raphaëlis Volaterrani Muſica.

Sebaldi Heyden Muſicæ libri 2.

Simonis Boylean Galli Muſica.

Stephani Vannei in Aſculana eccleſia chori moderatoris Recanetū de Muſica aurea, per Vincentium Roſſetum Veronenſem ex Italico Latine redditum.

Theogeri epiſcopi Muſica.

Venceslai Philomathis Muſicorum libri 4.

Vuilhelmi cuiuſdam Muſica.

### TITVLVS IIII. DE CANtionibus eccleſiaſticis.

De canticorum origine, Io. Gerſon Tomo tertio operum eius.

De cantu eccleſiaſtico Ioan. Caluinus Chriſtianæ inſtitutionis ca. 15.

Muſica Gregoriana & figurata Simonis Brabantini de Quercu.

Cantus in honorem ſanctorum ſcripſit Albertus Lobienſis. In hiſtoria eccleſiaſtica, ſi bene memini, hymnos & laudes in ſanctos in ſingulorum mentione nominauimus. Vide ſupra etiam in poëticis, Titulo VII. parte 3.

Hymni per totum anni ſpatium, liber impreſſus.

Cantica eccleſiaſtica, Antiphonæ, Reſponſoria, Benedictiones, Volumen impreſſum.

Hymni in diuam Virginem Græci: & hymni Muſici iuxta uſum Græcorum, & Symphoniæ diuerſæ Græce extant in Bibliothecis Italiæ 250. Horæ & Liturgia diuæ Virginis Græce impreſſæ, ſecundum conſuetudinem eccleſiæ Romanę, Pariſijs apud Vuechelum in 16.

Varia carmina in laudes ſanctorū Seb. Brant.

Mutetarum diuinitatis, quæ quinq; abſolutæ uocibus ex multis præſtantiſſimorum academijs collectæ ſunt, liber impreſſus Venetijs 1544.

Graduale, liber impreſſus.

Antiphonarium, liber impreſſus.

Proſæ omnes ſiue Sequentiæ, liber impreſſus.

Miſſæ diuerſorum authorum liber impreſſus.

Miſſarum decem à clariſſimis Muſicis compoſitarum, necdum antea (exceceptis tribus) æditarum, libri 2. impreſſi Foroſempronij 1515.

¶ Libri de cantu figurato in Italia impreſſi.

Cantus centum ſignati A.

Cantus quinquaginta ſignati B.

Cantus centum quinquaginta ſignati C.

Motteti

Motteti de piu ſorte ſignati A.
Motteti de paſſione ſignati B.
Miſſæ quinq; de Obreth.
Miſſæ quinq; de Ioſquin.
Miſſæ quinq; de Giſilim.
Miſſæ quinq; Petri de la Rua.
Miſſæ quinq; Alexandri.
Plura uide in Appendice huius libri.

TITVLVS V. DE CANTIOnibus, *profanis præcipue, Latinis, Italicis, Gallicis.*

SElectæ cantiones ultra centum uario idiomate uocum, excuſæ Auguſtæ.
Harmoniæ poëticæ Pauli Hofheimeri.
Harmonias in Odas Horatij ſcripſit Benedictus Dux.
Melodiæ in Odas Horatij, & alia quædam Carminum genera, &c. impreſſa Francfordiæ apud Egenolphum in 8.

¶ *Libri Italici.*

Moteti de la fiore, hoc eſt cantilenæ uarijs uocibus, liber impreſſus.
Gomberti Mutetti & Madrigali.
Arcadel Madrigali optimi.
Ragatzani Madrigali.
Verdeloti Madrigali.
Madrigali del Marti.
Cypriani Madrigali & mutetti.
Io. Paſetti, & Bertoldi Madrigali.
Franciſci Adriani cantiones et Mutetti.

¶ *Libri Gallici.*

Iacqueti Muteti.
Magiſtri Ioannis Madrigali.
Viginti cantiunculę Gallicæ 4. uocum, excuſę Argẽtorati apud Petrũ Schœferũ 1530. in 12. per tranſuerſum, maiori forma folij, chartis 16.
Plura uide in Appendice huius libri.

TITVLVS VI. DE MVSIcis *authoribus priſcis & nouis.*

ARtificum Muſicorũ uituperatio ex Plutarcho, Cælius 9. 9. Ariſtotelis ſententia ad id ipſum, ibidem.
De Chryſogono modulatore, Cælius 9. 10.
Eumachus Siculus Muſicus citatur à Plinio.
Lesbius cantor, Aelianus Græcus uariæ hiſt. fol. 73.
De Xenophilo Muſico Crinitus 17.
Nominabuntur etiã nonnulli inter Muſica inſtrumenta quibus claruerunt, ut in cithara Arion.
In Timothei ueteris Muſici Græci mentionem aliquoties incidi.

¶ *Muſici Symphonetæ, qui in locupletiſsima Hen. Glareani Muſica citantur, ordine literarum.*

Adamus à Fulda Germanus.
Adamus Luyr Aquægraneñ.
Andrea Syluanus.
Antonius Brumel.
Antonius à Vinea.
Damianus à Goës Luſitanus.
Feuin Aurelianus.
Franciſcus Legandre Anturaceñ.
Gerardus à Salice Flandrus.
Gregorius Meijer.
Henricus Iſaac.
Ioan. Ghiſelin.
Iacobus Obrecht Belga.
Ioan. Okkenhem.
Ioan. Mouton.
Ioan. Richafort.
Ioan. Vannius.
Iodocys à Prato, uulgo Iuſquyn.
Lüttuych Senfle Tigurinus.
Nicolaus Craër.
Quidam de Orto.
Petrus Platenſis.
Sixtus Dietrich uel Theodoricus.
Thomas Tzamen Aquægraneñ.
Vaqueras.

TITVLVS VII. DE MVSICIS *inſtrumentis, & ijs qui eorum uſu claruerunt.*

ORgana ſiue inſtrumenta Muſica, quædam digitis pulſantur, ut quę chordas habent omnia, quanquam & plectris nonnulla, & alia quędam: alia plectris, alia inflantur, quædam hydraulica ſunt. Sed hæc diuiſio à Muſicis petenda eſt, ego hac in re amuſus planè ſum, ſequar tamen enumerandis eis nonnihil ordinis.
Odeum quid, Cælius 28. 12.

Picturæ uariorum inſtrumentorũ Muſicorum, in libello Germanico Sebaſtiani Vuirdung.
Muſurgia Muſices inſtrumẽtorum, Argentinæ excuſa in 4.
De Muſicis organis Hieronymus Stridon. Tomo 4. operum eius.
De Muſica & inſtrumentis Io. Carnotenſis libro 1. & Berno abbas Augienſis.
Organorum Muſicorũ diſtinctio, κρουόμενα, enchorda, proſoda, pneumatica, hydraulica, citharodia, aulodia, lyrodia, proſodia, lotages, de lyrio & loto, Cælius 9. 6.
De organorum barbaris appellationibus, Politianus 1. 14. Apud Pollucem etiam non pauca inſtrumentorum nomina leguntur, & Athenæũ quoq;, ſi recte memini.
De uerbo χορδίζειν, Tzetzes 13. 476.
Muſicæ conſonantiæ organa, Cęlius 19. 14.
Quid hilarodia, ſimodia, magodia, Cælius 7. 16.
Qui primum inſtrumẽta Muſica diuerſi generis inuenerint, & ea in Latium intulerint, Polydorus 1. 15.
¶Amuſium organum, Cælius 20. 19.
De Helicone Muſico organo, Cælius 22. 8.
De canticordo, Ioan. Gerſon 3.
De monochordo, Conradus de Zabernia, Hermannus Contractus.
De menſura monochordi Berno abbas Augieñ.
Decachordum Chriſtianũ M. Vigerij.
Fides fruſtra pulſare: Bos lyricus, Cælius 9. 9.
Cithara ludere Alexander didicit, Aelian. Græcus uariæ hiſt. 22.
Citharœdorum epitaphia, Anthologiũ lib. 3. ſectione 19.
De parœmia Homerica, Alijs hæc curæ ſunt cithara & cantus, Tzetzes 7. 109.
Citharœdi prudens reſpõſum apud Alexandrum fidibus utentẽ ruſticius, Cælius 19. 24.
Nicoſtratus cithariſta, Aelian. uar. hiſtoriæ Græcæ fol. 24.
Amœbeas citharœdus, ibidem, fol. 22. Laodocus citharœdus fol. 24. Hercules cithara pulſare didicit, & præceptorem occidit, fol. 22. Stratonicus citharœdus, fol. 68. De eodem iucunda lectu apud Cælium 9. 9.
Citharœdus occiſus, Aelianus fol. 23.
Qui dicantur citharœdi piſces, Cælius 23. 33.
De Arione Methymnæo, Tzetzes 4. 118. & 1. 17. Sumpta ex hiſtoria Herodoti libro 1. de fidicine Arione, Gellius 16. 19.
Fiſtula, Theocritus Idyllio 29.
Syrinx nympha in calamum, Ouidius Metam. 1.
Syrinx, ſyriſtes, Cælius 9. 3.
Salpiſtica crumata, Cælius 16. 19.
De hydraulicis organis, Cælius 9. 6.
Synaulia, Cælius 9. 3. Fiſtularum genera, ibidem.
Tibiæ inuentor, Cælius 27. 16. & 9. 3.
Quod tibiarum fiſtulæq; antiquiſſimus fuit uſus, Leonicenus 2. 14.
De antiquiſſimo uſu tibiarũ in prælijs, Polydor. 1. 15.
Tibiarum ſpecies. Explicatur prouerbium, Quid opus erat lõgis me tibijs incinere. Quid phorbion, photingia, plagialos, hippophorbus, tibiarum inuentores, diopi, gingras tibia, item dextra & ſiniſtra, Athena tibia, glottocomion, ſibene, crupezia, tibiæ longæ in ſacris. Proaulion quid, item diaulion. Thebanorũ in tibijs præſtantia, item pronomi tibicinis: calamaules, rhapaules, matroa, Cælius 9. 7.
Tibicinibus an inter pocula utendum, Plutarch. Symp. 7. 7.
Cur idibus Ianuarijs permiſſum eſt, ut tibicines muliebri habitu urbem luſtrent, Plutarch. probl. Rom. 55.
Tibicinem templum ingredi ubi non liceat, Aelian. Gręcus uar. hiſtorię fol. 75.
De Antigenide tibicine, Crinitus 12. 12.
De Iſmenia tibicine, Crinitus 12. 12. Aelian. fol. 27. 5.
Verbum quod eſt ſubulo Hetruſcum eſſe, ac pro tibicine accipi: & Macrobij uerba de ſubulonibus adſcripta, Crinit. 18. 13.
Pronomi tibicinis præſtantia, Cæl. 9. 7.

Satyrus tibicen, Aelian. fol 21.

Cur nobiles pueri Athenienſium tibijs canere deſierint, cum patrium iſtum morem canendi haberent, Gellius 15. 17.

In tibicines, Anthologium lib. 3. ſectione 8.

Tibiarum incentiones quaſdam iſchiadicis mederi, Gellius 4. 13.

¶ APPENDIX *Cantionum aliquot in diuerſis linguis æditarum, quarum nonnullæ etiam ad inſtrumenta idoneæ ſunt, à doctiſſimo Muſices & reliquarum artium liberalium uiro magiſtro Io. Friſio nobis dictata.*

Opuſculum Muſices breuiſſimum per Simonem Brabantiũ de Quercu impreſſum Landshute, in Germania.

¶ *De cantionibus eccleſiaſticis.*

Tomus primus Pſalmorum ſelectorum à præſtantiſſimis Muſicis in harmonias quatuor aut quinꝗ uocum redactorũ, Norimbergæ excuſus apud Ioan. Petreium.

Septem Pſalmi cum quinꝗ uocibus.

Dauidici pœnitentiales Pſalmi ſeptem: in figurato cantu de nouo p Loyſet Pieton compoſiti quatuor uocibus.

Magnificat octo tonorum authore Xyſto Theodorico, liber primus.

Magnificat octo tonorum cum quatuor uocibus, authore Morale Hiſpano, impreſſum Venetijs.

Concentus noui trium uocum, Eccleſiarum uſui in Pruſſia præcipue accommodati, Ioã. Kugelmanno Tubicine ſymphoniarũ authore, Auguſtę Vindelicorum excuſi.

Heliſei Gibelli Muſici excellentiſſimi Motetta ſuper plano cantu cũ quinꝗ uocibus, et in feſtis ſolennibus decantanda, impreſſa Venetijs.

Selectæ harmoniæ quatuor uocum de paſſione Domini, impreſſæ Vitembergæ apud Georgium Rhau.

Sacra reſponſoria nunc primũ à Paulo Aretino, muſicis æditä rythmis, excuſa Venetijs apud Hieronymum Scotum.

Miſſæ præſtantiſſimorum Muſicorum uno uolumine excuſæ, Lutetiæ: & duabus uocibus Lugduni, Latine.

Liber quindecim Miſſarum à præſtantiſſimis Muſicis compoſitarum, utpote Ioſquini, Antonij Brunel, Iſaac, &c. Ioan. Petreius excudit Norimbergæ.

Miſſarum Muſicalium quatuor uocum liber primus impreſſus Parijs apud Petrum Attaignant.

¶ Ioſquini & aliorũ diuerſis locis et temporibus impreſſi Motettorũ libri 4.

Selectiſſimę nec non familiariſſimę cantiones, ultra centum, Auguſtæ Vindelicorum excuſæ.

Trium uocum carmina à diuerſis Muſicis compoſita, ædita Norimbergæ per Hieronymum Formſchnyder.

Bicinia, Gallica, Latina & Germanica, duabus uocibus, liber impreſſus Vitenbergæ apud Georgium Rhau.

Cantionum libri 13. impreſſi Pariſijs apud Petrum Attaignant: periochæ ſingulorum hæ ſunt.

1 Motetti 25. quatuor uocum.
2 Motetti 24. quatuor uocum.
3 Motetti 20. uocum quinꝗ, ſex, uel octo.
4 Moduli 29. quatuor uel quinꝗ parium uocum.
5 Magnificat 12. trium priorum tonorum.
6 Magnificat 13. quinꝗ ultimorum tonorum.
7 Moduli 24. trium, quatuor, quinꝗ aut ſex uocum, Dominici aduentus & natiuitatis eius ac ſanctorũ eo tempore occurrentium.
8 Motetti 20. quatuor, quinꝗ uel ſex uocum.
9 Pſalmi Dauidis 18.
10 Paſſio Dominica, cantus in ramis palmarũ, Veneris ſanctæ: nec non Lectiones feriarum quintę, ſextæ, ac ſabbati hebdomadæ ſanctæ, multaꝗ alia Quadrageſimæ congruentia.
11 Moduli 26. quatuor & quinꝗ uocibus æditi.
12 Salutationes 17. ad diuam Virginẽ.
13 Moduli 18. quatuor, quinꝗ, uel ſex uocibus.

Hoc opus plurimū à Muſicis cōmendari audio: & alia plura ab eodem typographo in arte Muſica publicata eſſe.

Harmoniæ in Odas Horatij, & plura alia carminum genera, in gratiam iuuentutis Vlmenſis compoſita per Benedictum Ducem. Ioan. Varnierius typis excudit Vlmæ.

Odarum Horatij concentus, cum quibuſdam alijs carminum generibus, Chriſtianus Egenolphus imprimebat Francfordiæ.

Trium uocum cantiones centum à præſtantiſſimis diuerſarum nationum ac linguarum Muſicis compoſitæ, Norinbergæ excuſæ apud Io. Petreium.

Modulationes aliquot quatuor uocum ſelectiſſimæ, quas uulgo Modetas uocant, à præſtantiſſimis Muſicis compoſitæ, et iam primum excuſæ, ibidē.

Symphoniæ iucundæ & breues, quatuor uocū, ab optimis quibuſq; Muſicis compoſitæ, ac iuxta ordinem tonorū diſpoſitæ, quas uulgo Mutetas appellare ſolemus, numero 52. Georgius Rhau excudit Vitenbergæ.

Selectiſſimarum Mutetarū quatuor uocum tomus primus, Norimbergæ apud Petreium excuſus.

Selectiſſimarū Mutetarū partim quinq;, partim quatuor uocum Tomus primus, ibidem.

Muſices quinq; parium uocum, à plurimis optimis authoribus elaboratæ cantiones, Venetijs apud Hieronymum Scotum impreſſæ.

Cantiones quinq; uocum ſelectiſſimæ, à primarijs Germaniæ inferioris, Galliæ & Italiæ, Muſices magiſtris ædite, numero 28. Mutetarū liber primus.

Cantiones ſeptem, ſex, & quinq; uocū, impreſſæ Auguſtæ Vindelicorum.

Concentus octo, ſex, quinq; & quatuor uocum, omnium iucundiſſimi, nuſpiam antea ſic æditi, Auguſtæ Vindelicorum impreſſi.

¶ *De cantionibus Italicis, uel in Italia impreſsis, præſertim Venetijs.*

Harmonicæ Muſices Odhecaton, impreſſum Venetijs.

Cantus B. numero quinquaginta, ibidem.

Cantus C. numero 150. Venetijs per Octauianum Petrutium excuſi.

Laude liber ſecundus, ibidem.

Strambotti, ode Frottole, ſonetti, & modus cantandi uerſus Latinos, & capitula, liber 4. Venetijs apud Octauianum Petrucium.

Frottole liber quintus, & liber ſextus.

Liber ſecundus, apud eundem Petrucium.

Liber nonus ibidem.

Frottole de miſſer Bartolomæo Trombonino con Tenori & Baſſi tabulati, & conſoprani in canto figurato per cantar & ſonar col canto, Venetijs impreſſæ.

Flos florum, primus liber cum quatuor uocibus, Venetijs impreſſus apud Antonium Gardanum.

Canzone Villaneſche alla Napditana, di M. Adriano Vuigliaret à quatro uoci, Venetijs excuſæ apud Hieronymum Scotum.

Tenore del dialogo della Muſica, Venetijs impreſſus.

Regola che inſegna ſonar de Viola dar cho Taſtada le Siluestro, Gauaſi dal Fontego.

Opera intitulata Fontegar, alaquele inſegna à ſonare di fleuto, per Silueſtrū Fontegum.

¶ *Madrigali Italici, Venetijs excuſi.*

Madrigali di M. Hubert Naich quatuor & quinq; uocibus.

Girolaui Scoti primus liber d' i Madrigali, duab. uocibus, denuo recuſus.

Intauolatura de li Madrigali di Vordelotto da cantare & ſonare nel luito, intauolati per lo excellentiſſimo Muſico Meſſer Adriano Vuillart.

Primus liber de i Madrigali d'Archadolt, à quatro, Venetijs apud Antonium Gardane.

Gabrielis Mattinengi Madrigali à quatro uoce à miſura, di breue nouamente ſecondo li toni compoſti, in Venegia.

Libro primo de Madrigali à quatro uoce di Franceſco Corteccia maeſtro di

Capella

Capella dello illuſtriſſimo duca Coſmo de Medici duca ſecondo di Firenze. Hieronymus Scotus excudit Venetijs.

Primo libro di Madrigali d' Alfonſo dalla uiola Ferrariæ.

Madrigali à cinque libro primo.

Madrigali nuoui à uoce pare composti per il doct. Muſico meſſer Giordano Paſſetto, maeſtro di Capella del domo di Padoa, liber primus excuſus Venetijs apud Antonium Gardane.

D' il Foraboſco il primo libro de Madrigali à quatro uoci, apud eundem.

¶ *Motetti Italici, uel in Italia impreſsi.*

Mutetas aliqui ſcribunt, alij Motetos, alij t geminato, idq; uel in ſecunda, uel in tertia ſyllaba: alij Modulos puto uocant.

Motetti per excellētiſſimum Muſicum Iacheth, quinq; uocibus.

Motettarum libri 2. cum 4. uocibus.

Cypriani Rore muſici excellentiſſimi Motetta, nunc primum ædita Venetijs apud Antonium Gardane.

Motetti A. numero 33. Latini, Venetijs impreſſi.

Il primo libro de Motetti à cinq; uoci de l'egregio Vincentio Ruffo, Io. Antonius Caſtillioneus Mediolani excudebat.

Primus liber Motettorum di Iachet à cinq; uoci, con l'agiauta di piu Motetti compoſti de nuouo per il ditto authore, Venetijs per Antonium Gardane.

Primus liber Mutetarum cum 4. uocibus, impreſſus Venetijs apud Antonium Gardane.

Nicolai Gomberti Muſici imperatorij Motetti cum quinq; uocibus, liber ſecundus, excuſus Venetijs apud Hieronymum Scotum. Eiuſdem Motettorum liber ſecundus cum quatuor uocibus. Eiuſdem Motetti d' el fiore, liber ſecundus.

Moteti de la Simia, excuſi Ferrariæ.

Primus liber Motettorū del Frutto ſex uocibus, Venetijs.

Primus liber Motettorum di M. Adriano à Sei, Venetijs.

Tertius liber Motettorum ad quinq; & ſex uoces, per Iacobum Modernum, liber impreſſus Lugduni.

¶ *Cantiones Gallicæ.*

Les chanſons cōpoſees par maiſtre Clement Iennequin. De la Guerre, La chaſſe, Le chant des oyſeaux, La louette, Le roſſignol. Secundo excuſæ Pariſijs per Petrum Attaignant, & Hubertum Iullet.

Motetti tribus uocibus Ioannis Mouton, & aliorum.

Compoſita quædam per Gombertū & alios excellentiſſimos Muſicos duabus uocibus, Lugduni.

Chanſons Iacques Moderne dict grād Iacques, pres noſtre Dame de Conſort à Lyon, 4. uocibus.

Pſalmi eccleſiaſtici Gallice excuſi Lugduni, 4. uocibus.

Quarante & quatre chanſons à deux, ou duo, choſe delectable aux fleuſtes. Petrus Attaignans excudebat Pariſijs.

La courone & fleur des chanſons à troys, liber excuſus Venetijs.

Trente & une chanſons Muſicales à trois parties en ung liure imprimees per Pierre Attaignant à Paris.

Viginti cantiunculæ Gallicæ quatuor uocū & 5. Petrus Schœffer & Mathias Apiarius excudebant Argentorati.

¶ *Cantiones Germanicæ.*

Cantiones nouæ 121. ab inſignibus Muſicis compoſitæ, iucundiſſimæ & omnigenis inſtrumentis aptæ. Pars prima, ædita Norimbergæ per Hieronymum Formſchnyder.

Elegantes & ſelectæ cantiones præſtantiſſimi Heinrici Frinken, cū alijs nouis cantilenis quas excellentes quidā Muſici compoſuerūt, amœnis ad uocem, & ad inſtrumenta aptis. Pars ſecunda, ibidem publicata.

Bonæ, electæ & artificioſæ cantilenæ, præſertim Quodlibeta aliquot artificioſa, Conflictus, & huiuſmodi, quatuor aut 5. uocibus, Norimbergę excuſæ.

Cantilenæ nouæ 115. uocibus quatuor, quinqꝫ, ſex, Germanice, Gallice, Italice, & Latine, iucundæ ad cantum, & inſtrumentis idoneæ, per optimos artifices cōpoſitæ: impreſſæ Norimbergæ.

Pſalmos Germanice compoſitos per Io. Vualterum, Petrus Schœffer excudit Argentorati.

Cantio Gaſſenhauwerlin, 4. uocibus, impreſſa Francfordiæ à Chriſtiano Egenolpho.

Egregiæ cantilenæ ueteres & nouæ extractæ, ingenij plane Germanici, ad omne genus inſtrumētorum accommodæ: impreſſæ Norimbergæ apud Io. Petreium.

Altera pars etiam cantiunculas aliquot amœnas continet.

Nouus liber de artificio ludendi teſtudine, in duas partes diuiſus, per Ioannem Neuſidler, huius artis profeſſorem & ciuem Norimbergæ.

Tabulaturæ liber ad teſtudinem ſecundum Tonos, perquam artificioſus, in gratiam tyronum, per incomparabilem in hac arte uirum Ioannem Vuidenhuoberum Sangallenſem compoſitus.

Supereſſent innumera alia, ſed hæc præcipua eſſe uiſa ſunt Ioanni Friſio noſtro, eorum quæ in præſentia meminerat, digna in hac Appendice commemorari.

Cātilenæ Germanicæ eccleſiaſticę, quæ olim in Landskron & Fulneck Bohemiæ à Piccardis, uſurpatæ ſunt, & à multis deinde paſſim Euangelicā uitam ꝓfeſſis per Michaëlem Vueiſz Germanicis rythmis redditæ. Liber impreſſus Vlmæ apud Io. Varnier, 1539.

HENRIchi Loriti Glareani patritij Claronenſis apud Heluetios, Dodecachordi libri tres, quorum capita hic ſubijciuntur, ut qui uoluerit aliorū quoqꝫ excellentium Muſicorum, ut Guidonis, Franchini Gafori Laudenſis, Froſchij, &c. capita deſcripta inter ſe conferat, & in unam omnia tabulam redigat.

¶ *Libri primi capita 21.*


1 Muſices diuiſio ac definitio.
2 De elementis practices.
3 Quæ in Guidonis typo rudibus huius artis conſideranda.
4 De Clauibus, & uocum deductionibus per eaſdem: de notularū item figuris.
5 De quinqꝫ tetrarchordis, & tribus modulandi generibus.
6 De uocū permutationibus per omnes claues.
7 De clauium ſignatarum ſiue characteriſticarum tranſpoſitione.
8 De interuallis Muſicis, & quomodo interuallorū ſpecies ſumendæ.
9 Quid phthongus, cōſonantia, & diſſonantia: Tum conſonantiarū ſpecies quot apud priſcos, quot apud neotericos.
10 De Toni partitione, eiusqꝫ partium definitione.
11 De octo modis Muſicis noſtræ ætatis præceptio.
12 De cantuum fine in modis.
13 De uulgari modorum agnitione.
14 De modorum expatiatione ac permixtione.
15 De modorū uſu in cantantiū choro.
16 Quemadmodū Muſicæ conſonantiæ indubitanter aure dijudicari poſſint, ex Boëthio: atque inibi de Muſicorū uocabulorū abuſione.
17 Quid magas, monochordum, magadis, ſimilesqꝫ quorundam Muſicorum inſtrumentorū appellatiōes.
18 De triplici ſiue chordarum ſiue neruorum in ſcala Muſica diuiſione.
19 Monochordi diuiſio in genere diatonico.
20 De inueniendis conſonantijs per citharæ neruos.
21 Paraſceue ad ſequentis libri cōmentationem.


¶ *Libri ſecundi capita.*


1 Quo pacto uere modorū diſcrimen ſumendum.
2 Quid ſyſtema, quæ modorum nomina, qui cuiqꝫ Diapaſōn modus aptandus.
3 Quomodo ex connexione diateſſaron ac diapente, 24. diapoſōn ſpecies

cies fiant, è quibus 12. reijciantur, 12. recipiantur.
4 Quomodo ex 12. diapaſôn ſpeciebus, ſeptem duntaxat fiant.
5 Quid ætas noſtra immutaſſe in his modis uideatur, & quatenus id fieri liceat.
6 Quod neceſſe ſit 12. ponere modos, ſiquidem octauus noſter recte ab alijs ſeparatus eſt.
7 De modorum ordine, eorumq́; appellatione.
8 De chordarum grauitate & acumine, ac ſecundum ea appellatione.
9 Quo pacto ſumendi ſint modi, & quæ prima omnium modorum chorda.
10 Authorū aliquot loca diſcuſſa, quæ traditis à nobis hactenus præceptis contraria uidentur.
11 De modorum inuicē cōmutatione.
12 Cur ſeptenarius numerus apud authores tam frequens in rebus muſicis.
13 De ſono in cœlo duæ opiniones, atque inibi Ciceronis Plinijq́; loci excuſſi.
14 Quid per nouē Muſas intelligendū.
15 Anacephalæoſis parua de modorū diuiſione.
16 De prima diapaſôn ſpecie, ac duobus eius modis.
17 De Aeolio modo.
18 De ſecunda ſpecie diapaſôn, ac uno eius proprio modo.
19 De tertia diapaſôn ſpecie, ac duob. eius modis.
20 De Ionico ſiue Iaſtio modo.
21 De quarta diapaſôn ſpecie, ac duobus eius modis.
22 De hypomixolydio ſiue hyperiaſtio.
23 De quinta diapaſôn ſpecie, ac duobus eius modis.
24 De hypoæolio modo.
25 De ſexta diapaſôn ſpecie, ac uno eius proprio modo.
26 De ſeptima diapaſôn ſpecie, ac duobus eius modis.
27 De hypoionico modo.
28 De modorum connexione, ac per diapente communione.
29 De 1. connexione, quæ ex prima eſt diapaſôn ſpecie ac quarta.
30 Et deinceps uſq; ad caput 36. de reliquis connexionibus, quarum ſingulæ ex binis diapaſôn ſpeciebus oriuntur.
36 Quòd modi diapaſôn mediatione, quæ fit per diapēte ac diateſſaron conſonantias, potiſſimū noſcant.
37 Quòd modi non perpetuo impleant extremas chordas, ſed phraſi noſcātur, ac partim etiā finali claue.
38 De præſtantia phonaſci ac ſymphonetæ, ac item de cantibus plano ac menſurali uter utri cedat.
39 De inueniendis tenoribus ad phonaſcos admonitio.

¶ *Libri 3. capita 26.*

1 De notarum figuris.
2 De notarum ligaturis.
3 De pauſis. 4 De punctis.
5 De modo, tempore, ac prolatione.
6 De ſignis.
7 De tactu ſiue cantandi menſura.
8 De augmentatione, diminutione, ac ſemidiapente.
9 De notularum imperfectione.
10 De alteratione.
11 De ſyncope, & huius nouæ inſtitutionis diuerſitate querela, cum exemplis ad eam oſtendendam opportunis. Deniq; de ſex uocū Muſicalium (quas uocant) deductionibus exempla.
12 De proportionibus Muſicis.
13 Duodecim modorum exempla, ac primum hypodorij ac Aeolij.
14 De hypophrygio & hyperæolio exempla.
15 De hypolydio & eius exemplis.
16 De Ionico exempla.
17 Dorij modi exempla.
18 De hypomixolydio, & eius exēpla.
19 Phrygij modi exempla.
20 Hypoæolij modi exempla.
21 De Lydij hyperphrygijq́; modorū exemplis.
22 De mixolydio ac eius exemplis.
23 De hypoionico.
24 De binorum modorum cōnexione exempla: atq; inibi obiter Iuſquini Pratenſis encomium.

25 De tenoribus diapaſôn non explentibus.

26 De ſymphonetarum ingenio.

LVDOVICI FOliani *Mutinenſis Muſicæ Theoricæ trium ſectionum capita.*

¶ *Primæ ſectionis capita 9.*

1 Quid ſubiectum Muſices, & cur illa dicatur ſcientia media, & ſubalternata, & quis operis ordo.

2 Quot modis numeri ad inuicē comparentur, ex quibus proportionū genera eliciuntur.

3 De ordine iam inuētorum generū.

4 Cuiuslibet generis inferioris ad proportionem maioris inæqualitatis ſpecierum procreatio.

5 Quomodo cuiuſcūq; proportionis radices inueniantur.

6 Datam in quibuſcūq; numeris plurium proportionū continuā connexionem radicitus inuenire.

7 Quotlibet proportiones ordine continuato ſimul aggregare.

8 De ſubtractione ꝓportionis à proportione, quomodo fiat.

9 De harmonica proportionalitate.

¶ *Secūndæ ſectionis capita 18.*

1 Quomodo unaquæq; conſonantia ſuæ aptetur proportioni.

2 Quid cōſonantia, diſſonātia, ſonus.

3 Quare magis conſonantiæ à proportionibus maioris ꝙ̃ minoris inæqualitatis oriri dicantur.

4 Quomodo ad diapaſôn tota conſonantiarum diuerſitas terminetur.

5 Quæ nam conſonantiæ ſint perfectæ, quæ úe imperfectæ.

6 Alia ſonorum interualla, quæ non ſunt conſonantiæ, à Muſicis conſiderari.

7 Quot & quæ ſint à Muſicis conſiderata diſſona interualla.

8 De utilitate diſſonantium interuallorum, ab utilitate toni maioris incipiendo tractatur.

9 De utilitate toni minoris.

10 De utilitate ſemitonij maioris.

11 De utilitate ſemitonij minoris.

12 De utilitate ſemitonij minimi.

13 De utilitate commatis.

14 De differentijs conſonantiarū quantitatiuis.

15 Quomodo toni & ſemitonia, & cætera id genus ad inuicem ſecundū quantitatem differant.

16 Quid quodlibet interuallū, ſiue conſonum, ſiue diſſonum ſuo ſimili generet additum.

17 Quænā diuerſæ conſonantiæ ſimul aggregatæ generent cōſonantias, & quæ non.

18 Quomodo diuerſa interualla diſſona ſeſe habeant in compoſitione.

¶ *Tertiæ ſectionis capita 7.*

1 Monochordi in puris numeris ratio ni tantum ſubiecta diuiſio, non prius tentata.

2 Quod duo b ſolre, & duo b mollia, de neceſſitate ponantur.

3 Monochordi aurium iudicio ſubiectam partitionē ſine circino quàm facillime fieri poſſe.

4 Qualiter in diuiſione monochordi, quæ fit per ſenſum, duo ſoni conſonantiam facientes, ſimul audiri poſſint.

5 Quare iuxta tritum antiquorū morem non eſt facta monochordi diuiſio.

6 Poſitam monochordi diuiſionē eſſe ſecundum naturam.

7 Ratio cōpoſitionis manus ſiue introductorij Latini, & quomodo à Græcis tetrachordis originem trahat.

FINIS LIBRI VII. DE MVSICA.